



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Exempla, Divinæ Iræ, Per Opera Poenitentiae, Nobis  
Leniendæ**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadij, 1648**

§.7. Deum Angelos bonos, immò & bonos homines, diabolo esse longè  
potentiores.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52193](#)

que pectus palmis tundere, comas dilacerare, genas vnguis fœdare, facere que omnia, quæ Mænades solent, cùm insaniunt; repetito identidem clamore, *Hoc cur nata sum?* Aduolauit ad hunc ululatum etiam maritus, qui, intellecta questus cauſa, diu contentè negauit, id quod reuera erat, dictitans magnam esse hominum inuidiam, qui in recentia matrimonia libenter soleant discordias inseminare. Verūm puella, tum se verbis eius credituram respondit, si facta dictis competerent. Atque ut fides constaret, cras, inquietabat, mecum in templum venito, meque inspectante, ad sacrum sacerdotis tribunal. atque inde ad diuinæ mysteria sumenda accedito. Tunc enim uero oculis plus credam, quam auribus. Hac condicione adactus, tandem, quod res erat, fassus est, totumque rei seriem retexuit, pactumque cum Orco initum illi patefecit.

VII.  
DEVM,  
ANGELOS  
BONOS,  
IMMO ET  
BONOS  
HOMINES,  
DIABOLO

Morbo mariti percepto, innocens puela illico cucurrit ad verum medicum S. Basiliū Episcopum, eiique omnem rerum gestarum ordinem recensuit. Is maritum ius sit accersiri, qui cum lachrymis illi omnia confessus est, nec quidquam negauit.

Cui

**Cui sanctus: Vis renerti ad Deum? Et ille. Vo-** ESSE LONGA  
GE PO.  
**lo , sed non valeo , quia scripto abrenuntiani** TENTIO-  
RES.  
**Christo , & professionem feci diabolo. Hæc est**  
**caussa , ob quam multi de sua salute despe-**  
**rant , putant enim , se non posse amplius à**  
**diabolo recedere. Cur? an quia peccata il-**  
**lorum sunt nimis multa & magna? At lon-**  
**gè maior est misericordia Dei , quia infini-**  
**ta ; & fuit , qui diceret : Miserere mei Deus ,** Psal. 50. 10  
**secundùm magnam misericordiam tuam , &**  
**secundùm multitudinem miserationum tua-**  
**rum. De qua misericordia dixi satis , in pri-**  
**ore exemplo. Supereft ergo altera caussa**  
**dicentium , Volo , sed non valeo. At cur non**  
**vales? quia scripto ( vel facto ) abrenuntiani**  
**Christo , & professionem feci diabolo. Quid igi-**  
**tur? uter est potentior? vides Fidei defe-**  
**citum? Si crederes Christum esse Deum , v-**  
**tique crederes esse diabolo potentiorem.**  
**Nam quis alterum fecit? Deus Angelum ,**  
**an Angelus Deum? Si ergo Deum Angelus**  
**non fecit , sed ab eo factus est , potest ab eo.**  
**dem in totum destrui. Accedit , quòd & vim**  
**omnem à Deo acceperit , potest ergo eam-**  
**dem Deus vel auferre , vel religare. Quid**  
**quòd omnes diaboli angelos Michaël vicit ,**  
**& in infernum deiecit? An non Raphael** Tob. 8. 5.  
Angelus

58 Cap. VI. Magi conuersi exemplo

Angelus apprehendit demonium, & reliquauit  
illud in deserto superioris Egypti? An non  
**Apoc. 20.** Ioannes vidit Angelum descendenter de celo,  
habentem clavem abyssi, & catenam magnam  
in manu sua? Et apprehendit draconem, ser-  
pentem antiquum, qui est diabolus, & Satanam;  
& ligauit eum per annos mille: & misit eum in  
abyssum, & clausit, & signauit super illum, ut  
non seducat amplius gentes, donec consummen-  
tar mille anni. Quid de Angelis dicam? de  
hominibus dicitur: Signa autem eos, qui cre-  
diderint, haec sequentur: In nomine meo domo-  
nia ceytient, è corporibus & animabus. Qua-  
re etiam ad miserum hunc dixit: Ne despe-  
raret; benignum esse Deum, & fortem, &  
omnipotentem, cui nullæ omnium bono-  
rum quoque æquè à malorum Angelorum  
vires possint comparari. Ita ubi miser cré-  
dere pariterque sperare coepit, pœnitentem  
crucis signo facto absoluit, & pœnitentia  
causa, per tres dies conclusit.

VIII: Nemo putet, peccatori confessio nihil es-  
**D. BASI-** selaborandum. Adhuc multæ radices, mul-  
**LII CON-** tæ malæ consuetudines resident in animo  
**TRA DIA-** pœnitentis. Quin & cacodæmon non sta-  
**BOLVM VI-** tim penitus cohibetur, sed permittitur ten-  
**CTORIA.** sare pœnitentem; ut constantia eius pro-  
beatur.